

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Huswedelius, Phil.
pr. Prof. Ad Exequias Quas ... luveni Reinholdo ab Eggert/ Nomen Parentum
moestissimorum. Reverendus Vir Dn. Constantinus Fidlerus Superintendens
parat. Officiose & sedulo omnes Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751406171>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,
in
R. ab Eggert.

Rost. 1638.

10

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Uid quisq; vitet non homini satis can-
tum est in horas, navita Bosphorum &
mare tempestuosum perhorrescit, mi-
les bombardatum fulmina ac toni-
trua, alii famem & morborum conta-
gia: Studiosi virtutis & eruditionis nihil horum,
quidem in umbra Academica metuere necesse habe-
ret, interim omnia illa & alia metuere & undecunq;
caeca fata timere necesse habet. Videmus enim non
paucos nostri ordinis inopina morborum vi abre-
ptos, aliis fames quotidie magis magisq; minatur:
belli quoq; vicina pericula faciunt non raro, ut qui
in Helicone & Musarum atrio sive castro extra teli
cujuscunq; jactum constituti ac salvi esse debebant,
muro sese ligneo committere & mari salutem ac in-
columitatem querere cogantur: unde fit, ut aliun-
de quæ fugiunt pericula, ea alibi inveniant. Pro ex-
emplo nobis, proh dolor, est, juvenis Nobiliss, eru-
ditione & virtute præstantiss, Dn, REINHOLDUS ab
Eggerd/ qui cum ad nos contenderet, mare sibi mi-
nus periculosum esse quam terram ratus, ita ab eo
acceptus est, ut vitam ex eo salvam vixretulerit. At
quis & quantæ spei juvenis! Certè dignus, quem
virtutis & Eruditionis candidati & in spem Reipbl,
nati imitentur. Is in hanc lucem editus est Regio-
monti Annomillesimo, sexcentesimo, septimo de-
cimo, die 3. Martii stylo novo ex parentibus genere,
virtute

virtute & pietate pollutissimis: Patre Nobilissimo
Viro, Regiomontanæ Reip. Cniphovianæ Con-
sule magnifico REINHOLDO ab Eggerd/ matre Nobi-
lissima, virtute & honestate insigniter commendata
matrona ELISABETH, von Platen/ ex antiqua der
von Platen familia in Marchia. Hi parentes
quæ semina in hunc flosculum contulerant, ea cultu
singulari promovenda censuerunt, quam primum,
tenera ejus ætas id postularet. Inveni ergo sunt, qui
curam illam susciperent, ingeniorum & animorum
excultores probatissimi (unus enim ex iis Professo-
ria dignitate etiamnum floret, alter Gymnasii Re-
giomontani Rector, tertius Ecclesiæ pastor haud
vulgaris) qui pietatis & honestatis initia paulatim
auxerant & quæ prædecessor bene inchoata reli-
querat, ea successor confirmavit & maturè ad fructû
produxit. Huic privato cultui ne quid deesset ad-
dita est publica institutio in ludo Cniphoviano, cu-
jus illic præci; ua est commendatio. In isto quoti-
diana pueri incrementa fecerunt, ut pater Anno hu-
jus seculi 29. qui est ætatis duodecimus, mitteret eû
Vilnam, primariam Lituaniæ urbem, adjuncto co-
mite Præceptore, & curatore, non solum propter li-
terarum Latinarum facultatem augendam, sed ut
Polonicam quoq; linguam cæcis istis annis addisce-
ret: quod primo biennio feliciter assecutus est. Obie-
rat interim Serenissimus & potentissimus Poloniæ

Rex Sigismundus III. cuius obitus novi Regis electionem postulabat. Is actus merebatur, ut adolescens ad Remp. educandus videret, quid in hac re ageretur, quo ordine, quo splendore, quo eventu, non tam ut pueriles oculos pasceret, quam ut ab istis etiam annis adsuesceret negotiis, quæ sine tali pompa & strepitu peragi & expediri nequeunt. Hac ergo de causa Warsaviam profectus est, & hunc Regiæ electionis actum omnesq; solennitates curiose inspexit accurateq; observavit. Inde Cracoviam perrexit, ubi cum aliquot septimanis post, (quasi sedecim) novus Rex Electus coronaretur, ne illud quidem negotiũ sibi negligendum putavit, quin omnia, quæ tam solenni & splendido actu dicerentur, quæ fierent, propria manu quam diligentissimè annotaret & in memoriæ thesaurum reconderet. Peracta coronatione contulit se Thorunium, & ad intermissa studia reversus nihil de priori diligentia remisit, quin omne tempus, quod studiis non inpenderet, sibi perire putaret, donec linguæ Polonicæ cognitionem & usum sibi quam familiarissimum reddidisset; ideo domum à parentib. revocatus, ut obedientem filiũ decebat, rediit, aliamq; virtutis & eruditionis promovendæ occasionem expectavit. Nec ea juvenem discendi & cognoscendi cupidum diu frustrata est, cum Regia Poloniæ Majestas Illustrem & Generos. Dn. NICOLAUM Korffen Castellatum & Regni

Regni Senatorem, ut Legatum in Daniam ad regias nuptias quibus interesset sui Regis nomine, destinaret. Huic ergo Hafniam iter facienti, & suam legationem, regii splendoris plenam, decore obeunti, non solum venit comes, sed à Dn. Legato commendatus in Regiam quoq; Academiam quæ est Soræ in Dania, una cum filio Dn. Legati honorifice receptus & adscriptus est, in qua id ageret, quod Phœnix ille Achillis Homerici Præceptor suo alumno, & sub eius nomine omnibus eo loco & ordine natis ingentis, cōmendatum dicit *μύθων τὴν ῥητὴν ἔμεναι πρὸς κτῆσας τὴν ἔργων* ut fari posset rebusq; præesse gerendis; vel ut dilceret, quod Philosophi solent *ἰσχυρῶς γινώσκειν καὶ πράττειν τὰ δέοντα*, cognoscere & agere; quocunq; in genere, vitæ ac societati humanæ convenientia. In hac ergo non literarum magis quam virtutis togatæ & militaris palæstra, cum se biennio exercuisset à patre domum revocatus est, ut instar generosi surculi in aliud solum transplantatus, cuilibet cælo ac soli paulatim adsuesceret. Ea de causa domi nō diu desiderare & otari; quod multi solent, voluit, sed in Academiã Gryphswaldensem iussu & missu parentis venit, ubi sub inspectione & cura Clariss. Ampliss. & Consultiss. Viri Dn. MATTHIÆ STEPHANI studia sua diligenter tractavit. Hic quoq; confecto biennio turbulenta rerum facies ejus iterum loci mutationem suadere visa est, præsertim quod, ut corpora muta-

tione vegetantur, & gaudent, sic & animi, conspectus vero, familiaritatis & usus doctorum virorum, ingeniis melioribus non solum jucundus est, sed eadem quoq; ad imitationem excitat, varietate quadam doctrinae ornat, augetq; iudicii vim deniq; dirigit, acuit, confirmat. Igitur suasu & hortatu Dn. parentis ad nos iter ingressus & VIRI CLARISSIMI Dn. D. PETRI LAUREMBERGII Collegæ & amici nostri filio comitatus Stralesundam venit. Inde navi discedens in medio cursu apertoq; æquore, orta acerrima tempestate è navicula excussus est, præcepsum; datus in mare, & jam submersioni proximus, actus fuisset in profundū, nisi singulari Dei providentiâ per aliam quandam cymbam à præsentis vitæ periculo fuisset liberatus. Hinc ille partim conternatione, partim frigore & vidisque vestimentis circumventus minus bene sibi à valetudine esse protenus sensit; à filio vero D. LAUREMBERGII, qui comes navigationis illi fuerat, id parentum suorum ædes deductus est. Illi periculoso hoc naufragio intellecto, nihil intermiserunt, quod faceret ad hospitis hujus incolumitatem recuperandam. Sed neq; ulla refocillatione, neq; accurato victu neq; medicaminibus extirpari se passa est contracta & semel intimis medullis inbibita ægritudo. Eo res devoluta est, ut decimo quarto post adventum in hanc urbem, die inter ardentissimas preces ad Deum, tam ab se, quam
aba-

ab astantibus fufas, piiffimisq; fufpiriis Iesum, ut
veniret, inclamans, animam reddiderit Redemptori
fuo, nihil penitus turbata mente, conftans animo &
fensibus & loquela, ufq; ad extremum halitum, que
dormituro fimilis exspiravit. Videte, Cives Acade-
mici, juvenem Nobiliffimo genere ortum, quo tamẽ
folo fe æftimari noluit. Sciebat nimirum, Tota licet
veteres exornent undiq; ceræ Atria, tamen verã No-
bilitatem fitam effe in fola atq; unica virtute. Illam
ergo cum à natura haberet, hanc fuo fibi Marte cõ-
parandam cenfuit, non literarum copia folum, fed
& rerum ufu in ætate virili agendarum, cujus, hac e-
tiam in ætate fundamenta fideliter collocanda pu-
tavit. Igitur qui hanc noftram quoq; Academiam ea
exiftimatione & honore dignatus eſt, ut ex ea ad fu-
turi ædificii ſtructuram nonnullam peteret mate-
riam, quidni viciffim digniffimum habeamus, cui
extremum ducendi, & profequendi funeris hono-
rem reddamus? Quod non folum officii & gratitu-
dinis noſtræ id fuerit, fed parentibus quoq; hoc filii
obitu adflctis in aliquam folatii partem cefferit,
Magna quidem illi ſpe fructus & gaudii ex virtute
filii percipiendi videntur excidiſſe, quem in ipſo æ-
tatis flore exſtinctum intelligunt. Quæ vero ſpes
tanta ac tam certa eſſe poteſt, quæ cum ipſa re con-
feratur, cujus ille copiam adeptus eſt? Non fruitur
honoribus in patria: urbs quamlibet ampliffima, in
cujus

cujus aliqua domo; domus quamlibet splendidissima, in
cujus aliquo cubiculo hanc lucem adspexit primum, pa-
tria quidem sunt: sed verior illi patria, & nobis omnibus
cælum, in quod, qui recipitur & corona vitæ illius æter-
næ redimitur, is demum veris & nunquam interituris ho-
noribus affectum sese præfiscini gloriabitur. Demetrius
ille Phalerus trecentas viro sibi itatuas collocari vidit,
sed istius trecentas etiam se vivo everfas vidit. Quid illis
collocatis magis gloriosum videri potuit? quid istis ever-
fis magis caducum & ad honores hujus mundi conte-
mnendos magis aptum & conducibile? Negare autem
non possum, animum humanum, & quod eo plus est,
paternum, præcipuo quodam dolore affici, cum se priva-
ri animadvertit re tam delectabili, qualis est filius ad vir-
tutem natus, ejus in studio educatus, in ejusdem acqui-
sita aliqua possessione & spe majoris acquirendæ jam con-
stitutus: Verum haud scio, an non major & solidior dele-
ctatio piis parentibus ex eo oriatur, quod sciunt, imo
plusquam *περὸ τῆς αἰωνίας ἀνάγκης* cognitum persuasumque
habent, si quidem sua mysticis literis constabit autoritas,
quod filii nomen relatum sit non in tabulas Reip. Athe-
niensis vel Romanæ vel Regiomontanæ, sed in librum,
vitæ ejus scripturam nulla obliterabit ætas, nulla dele-
bit oblivio, nulla intervertet calamitas. Faciamus ergo,
Cives Academici quod possumus, & exequias huic beato
juveni eamus frequentes, cumque piis & Christianis
εὐφροσύνης prosequamur, simul meditemur mortalitatem,
& in his periculosis & calamitosis temporibus *εὐθαρσείας*
piis & serijs precibus à Deo petamus. Conventus fiet
hora prima in templo S. Jacobi. P. P. Ro-
stochii 5. Novemb. 1638. Sub sigillo Recto.

ratus.

ab altantibus fufas, piiffimisq; fuf
veniret, inclamans, animam reddi
fuo, nihil penitus turbata mente, c
fensibus & loquela, ufq; ad extrem
dormituro fimilis expiravit. Vido
mici, juvenem Nobiliffimo genere
solo fe æftimari noluit. Sciebat nim
veteres exornent undiq; ceræ Atria
bilitatem fitam esse in fola atq; unio
ergo cum à natura haberet, hanc fu
parandam cenfuit, non literarum o
& rerum ufu in ætate virili agendar
tiam in ætate fundamenta fideliter
tavit. Igitur qui hanc noftram quod
exiftimatione & honore dignatus e
turi ædificii ftructuram nonnullar
riam, quidni viciffim digniffimum
extremum ducendi, & profequent
rem reddamus? Quod non folum
dinis noftræ id fuerit, fed parentibu
obitu adffictis in aliquam folatii
Magna quidem illi fpe fructus & ga
filii percipiendi videntur excidiffe,
tatis flore exftinctum intelligunt
tanta ac tam certa effe potefit, quæ
feratur, cujus ille copiam adeptus e
honoribus in patria: urbs quam libe



...m, ut
...mtori
...imo &
...n, que
Acade-
...o tamē
...a licet
...ā No-
...Illam
...te cō-
...o, sed
...hac e-
...da pu-
...am ea
...ad fu-
...mate-
...s, cui
...ono-
...atitu-
...oc filii
...fferit,
...tute
...so æ-
...o spes
...con-
...uitur
...a, in
...cujus